Dissertatio Philosophica

De

MONOGAMIA PERPETUA OMNI NUPTIARUM GENERI PRÆFERENDA,

quam,

Consentiente Amplissimo Phil. Ordine,

Præside

FREDRICO CEDERSCHIÖLD,
Moral. Professore,

Pro Laurea

exhibet

JONAS AUSTRIN,
Vermelandus, V. D. M.

Die XIV Junii MDCCCXXXII.

P. I.

Londini Gothorum.
Typis Berlingianis.
MDCCCXXXII.

Die Ehe ist allerdings als etwas höchst ehrwürdiges, als etwas Heiliges zu betrachten. Ja man könnte sie unbedenklich ein Sacrament nennen, wenn nicht die katholische Kirche mit diesem Worte einen ganz eignen Begriff verbände und daraus ganz unstatthafte Folgerungen zöge. Krugs *Encyclopädisch-philosophisches Lexikon.* 1. *Band*, *p.* 567.

§. I.

Homini cum bellua communis est conjunctionis appetitus. Sed hominem inter et belluam hoc maxime interest, quod hæc, sensu solum mota, in venerem ruat, paullulum admodum in hujus rei caussam inquirens atque ef-

fectum. Ille vero, utpote utens ratione, quæ caussam, cur aliquid faciendum, fugiendumve, sit, docet et explicat, coitum ad procreandam et educandam sobolem genusque hominum propagandum comparatum facile intelligit. Ab effectu enim, quem coitus habet, hominum nimirum procreatione, ad ejus caussam: humani generis propagationem, concludit. Vehementer igitur falluntur et rationi adversantur, qui hanc putent esse conjugii ineundi ultimam caussam, ut voluptas venerea expleatur 1). Neque Cel.

---

1) Att högsta afsigten med äktenskap ej kan vara kärleksdriftens tillfridsställande, tyckes ej behöfva mycket bevis. Menniskan är nemligen icke blott djur, utan tillika förnuftigt djur. Såsom ägande förnuft bör hon ju kunna inse i orsakernas kedja, tills hon kommer till den högsta orsaken (caussa finalis), ty förnuft är en förmåga att inse lagar, d. ä. allmänna och nödvändiga reglor för det, som sker och måste ske, skall och bör ske. Nu är det en nödvändig och allmän regel, att barns uppkomst är en

Kantio adstipulari possum, cum conjugium ponit in perpetua et mutua, quam duæ personæ diversi sexus usurpant, possessione suarum ipsarum facultatum sexualium 2). Proximam caussam, quam *efficientem* et *sensualem* dicere lubet, in

---

följd af köndriftens naturliga tillfridsställande. Barns uppkomst blir således orsaken (caussa finalis) i anseende till kärleksdriftens tillfridsställande.— — — Det förstår sig, att här endast talas om den relatift högsta caussa finalis, helst man kan stiga ännu högre uti uppsökande af den afsigt Gud haft med menniskornas fortplantning och conservation. *Menniskors Aprioriska Pligtlära* af F. Cederschiöld. 1:sta Delen. Lund 1828, pp. 75, 76.

2) Die natürliche Geschlechtsgemeinschaft ist entweder die nach der blossen thierischen Natur (vaga libido, venus volgivaga, fornicatio), oder nach dem Gesetz. Die letzere ist die Ehe (matrimonium), d. i. die Verbindung zweyer Personen verschiedenen Geschlechts zum lebenswierigen wechselseitigen Besitz ihrer Geschlechts eigenschaften. *Metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre von* Immanuel Kant. *Königsberg* 1797, p. 107.

ipsa, quam coitus gignit, voluptate quærendam esse lubentes concedimus. Hominem enim, qua sensibus, qui illum huc et illuc rapiunt, subjectum, voluptatis caussa ad thalami limina tangenda commoveri rerum magister usus satis probat. Sed, quoniam morum præcepta non solum respiciunt ad ea, quæ, testante sua cujusque experientia, fiunt, sed multo etiam magis ad ea, quæ rationi convenienter fieri debent, ultimam, quam *finalem* et *rationalem* matrimonii caussam nominamus, in procreanda et educanda sobole cerni, neminem, compotem rationis, per quam caussas rerum videt earumque progressus, negaturum putamus. Quemadmodum enim quod natura ejus voluptatis cupidi sumus, quæ ex cibo degustato capitur, non eo valet, ut propter ipsam illam voluptatem sumamus cibum, sed ut eo libentius de comparando cibo solliciti simus, eoque ad corpus confirmandum et tuendum utamur, ita cupiditate profecto fla-

gramus venerea, non quo ea per se expetenda sit, sed ut fortioribus stimulis ad nuptias celebrandas, liberos procreandos et genus hominum perficiendum beandumque compellamur. Recte igitur Cel. KRUG 3) "der vernünftige, d. h. von der Vernunft selbst gefoderte Zweck der Ehe muss also ein höherer und zwar ein solcher sein, der in seiner Totalität nur durch die Ehe erreichbar ist. Dieser Zweck ist ein doppelter, wiewohl das, was wir hier in der Wissenschaft (abstrahendo et reflectendo) als ein Zwiefaches betrachten, in der Wirklichkeit wieder nur Eins sein soll. Das Erste bezieht sich auf die Menschengattung überhaupt. Diese soll erhalten werden, weil die Vernunft an der Erhaltung des Vernünftigen ein unmittelbares Interesse nimmt. Die Menschengattung kann aber nur durch Erzeugung und Erziehung neuer

---

3) *System der Praktischen Philosophie. Erster Theil. Rechtslehre. Königsberg* 1830, p. 379.

menschlicher Individuen erhalten werden, und diess ist nur in, mit und durch die Ehe möglich. Denn venn gleich die blosse Erzeugung auch ohne und ausser der Ehe stattfinden kann, und oft genug stattfindet: so ist doch die blosse Erzeugung nicht zur Erhaltung der Menschengattung hinreichend, sondern das Erzeugte, welches sich in einem ganz hülflosen und unreifen Zustande befindet, muss auch aufgezogen und erzogen werden."

Quo igitur sanctius nobis injunctum est officium, eo quoque vehementiori naturæ impetu in id colendum incumbimus. Ne igitur per incuriam, aut ob molestias partus et educationis, officio generis hominum propagandi deessent mortales, mutuam sexuum in se invicem propensionem, acres stimulos et ardentissimum in prolem affectum animis hominum natura insevit, ut libenter et sua sponte servarent officia,

quibus neglectis, mortalium genus exstirparetur. Optime profecto SENECA HIPPOLITO: "Providit, dixit, ille Maximus rerum Parens, cum tam rapaces cerneret fati manus, ut damna semper sobole repararet nova." Homines nimirum ita constituit Deus, ut, quamquam multa matrimonium secum fert incommoda, ad illud tamen ineundum sua quemque trahat voluptas, compellatque ratio. Quæ cum ita sint, non possum non adstipulari METELLO apud GELLIUM 4), qui, si, inquit, sine uxore, Quirites possemus esse, omnes ea molestia careremus, sed, quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum.

§. II.

Tam igitur necessaria est generis hominum propagatio, ut ad connubia procreandi caussa

---

4) *Noctes* ATTICI, L. I. Cap. 6.

conjungenda, non solum rationi, verum etiam sensibus, obtemperaturi, compellamur. Quamquam vero officium nobis injunctum est procreandæ sobolis, tantum tamen abest, ut hoc officium *Proprium*, vel singulis hominibus necessario et quovis tempore sit impositum, ut potius, qua *Commune*, in homines solum generatim spectatos, quadret, atque adeo, respectu ad singulos homines habito, qua *Indefinitum* et *Indeterminatum*, occasionem, si servandum sit, requirere videatur. Societatis autem conjugalis conflandæ occasio non ex sola ætate, aut generandi facultate intelligitur, sed copiam quoque decentis conditionis, facultatem alendæ prolis necessariam, ceterisque, quæ ex matrimonio proficiscuntur, officiis satisfaciendi capacitatem postulat. Recte igitur PLINIUS 5) "quum publicos, inquit, mores atque etiam leges civitatis intueor, quæ

5) Lib. I. Ep. 14.